

trigesimus quintus

mam excellentis purpuræ: & dū fumat odorem maris olet. ob id quidam a scopulis id colligi putāt Tumos
Diosco
precium indice denarii. xx. in libras. in medicina indicum rigores & impetus sedat. Siccat oris ulcera.
Armenia mittit quod eius nomine appellatur. Lapis est hic quoque chryfocollæ modo infectus. opti-
mūque est quod maxime uiridi est communicato colore cū cæruleo. Solebant libræ eius tricenis nū-
mis taxari. inuenta per hispanias harena est similē cuius recipiens. itaque ad denario senos uilitas re-
diit. Distat a cæruleo candore modico: qui teneriorē hunc efficit colorē. usum in medicina ad pilos
tantū aleendos habet; maximeque in palpebris. Sunt etiā nouitii duo colores e uilissimis uiride quæ
appianū uocatur & quod chryfocollam luteam n. entitur. Ceu parū multa sint mendacia eius. Fit ex
creta uiridi æstimatum sestertius in libras. Anulare quod uocant candidū est: quo muliebres picturæ
illuminantur. fit & ipsum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi anulis: unde & anulare dictū.
Qui colores uero non indicantur: & quibus coloribus antiqui pinxerunt: & quādo primū glaudia
totum pugnae præpositæ sunt Cap. vii.

EX omnibus coloribus cretulam amare. ueroque illi recusant purpurissimum indicū cæruleū
melinū aut pigmentū appianū. Cæruilla cæra tinguntur iisdem coloribus ad eas picturas
quæ inuruntur alieno parietibus genere: sed classibus familiari. iam uero & oneratis nau-
bus. quoniam & pericula expimus: ne quis miretur & rogos pingi. iuuatque pugnatos ad mortē aut
certe cædem speciose uchi. Quæ contemplatione tot colorū tanta uarietate subit antiquitatem mira-
ri. Quattuor coloribus solis immortalia opera illa fecere: ex albis melino: ex silaceis attico. ex rubris
sinopide pontica. ex nigris atramento. appelles Echion melanthius nicomachus clarissimi pictores:
cū tabulæ eorū singulæ oppidoque uenirent opibus. nunc & purpuris in parietes migrantibus & idia
conferente fluminū suorum limum & draconum & elephantorum saniam nulla nobilis pictura ē: om-
nia ergo meliora tunc facere. cū minor capia. ita est quoniam (ut supra diximus) rerū non animi pre-
tius excubatur. Et nostræ ætatis insaniam ex pictura non omittam. nero princeps. iusserat colosseū
se epingi. cxx. pedum in linteo incognitum ad hoc tempus. ea pictura cū peracta esset in in lamianis Mariā
uetus h
ctio
hortis: accensa fulmine cū optima bortorum parte conflagrauit. libertus eius cum daturus esset Antii
munus gladiatorū publicas porticus inuestit: pictura ut cōstat: gladiatorum ministrorumque omniū
ueris imaginibus redditis. hic multis iam seculis summus animus in pictura. pingi autem gladiato-
ria munera: atque in publico expōi cœpta a. C. Terētio Lucano. isque a quo adoptatus fuerat. xxx
paria in foro triduū dedit. Tabulamque pictam in nemore Dianæ posuit.

De ætate picturæ operam & artificū indicatura nobilitates. cccy. Cap. viii.

Unc celebres in ea arte quæ maxima breuitate percurram. neque enim instituti operis ē talis
executio. itaque & quosdam uelut in transcurso & in aliorum mentione obiter nominasse satis
erit exceptis operum claritatibus. quæ & ipsa cōueniet attingi: siue extan siue intercidere. nō
non constat sibi in hac parte græcorum diligentia quā multas post olympiadas celebrādo pictores
statuarios auctores. primumque olympiade nonagesima. cū & phidiam ipsum initio pictorē fuisse tra-
datur: clypeumque athenis ab eo pictum præterea in cōfesso sit octogesimatertia fuisse panæū fratrem
etiusque clypeū intus pinxit elide mineruæ. quam fecerat Colotes phidiae. discipulus. & in faciēdo io-
ue olympio adiutor. Quid. quæ in cōfesso perinde est bularchi pictoris tabula. in qua erat magnetū egide
proeliū. a cædaule rege lydiæ heraciidarū nouissimo: qui & Myrsilus uocitatus est repensam auro. tā-
ta iā dignatio picturæ erat. id circa ætatē Romuli acciderit. necesse ē. duo enim de uicesima olympia-
de interit Candaules. aut ut quidam tradūt eodē anno quo Romulus nisi fallor manifesta iā tū cla-
ritate artis adeo absolutiore. Quod si præcipitur necesse est simul appareat multo uetustiore princi-
pia esse. eosque qui monochomata pinxerunt. quorum ætas non traditur. aliquāto ergo ante fuisse Hy-
giemonem monochromadam: qui. primus in picturat marem scēminaque discreuit: eumarum athe-
niensem figuras omnes imitari ausum. Quique inuenta eius excoluerit Cimonem Cleoneū. hic cata-
grapha inuenit. hoc est obliquas imagines & uarie formare uultus respicientes suspicientesque. & di-
spicientes. Articulis etiā mēbra distinxit: Venas protulit. præterque in ueste rugas & situs inuenit. pa-
næus quidē frater phidiae etiā proeliū atheniēsiū aduersus persas apud marathon em factū pinxit. panem
pedem
Adeo iā colorū usus increbruerat: adeo ars perfecta erat ut in eo proelio iconicos duces pinxisse trad-
at atheniēsiū Milciadem. Callimachum. Cynegyrum Barbarorum Darium. Thyssaphernem.

Primum picturæ certamen. & qui primi penicillo pinxerunt. Cap. ix.

Quinimo certamen picturæ etiam florente eo institutum est corinthi ac delphis. primus
omniū certauit cū Timagora chalcidense superatusque est ab eo pythis. quod & ipsius Ti-
magoræ carmine uetusto apparet chronicorum errore non dubio alii quoque post hos ela-
ti fuere nonagesima olympiade: sicut polignotus Thasius: qui primus mulieres lucida ueste pinxit ca-
H ii